

mortuum amplectitur filium, et ab illo divelli non patitur, quæ eò majori commiseratione digna est, quò filium diligit ardentius, et illius mortem flet miserabilius. Deinde quia illa membrorum compositio amorem significat ingentem, quo toto cadavere videtur velle frui, qui vivus est, et totum se in exanimatum amici corpus infundere, ut illi det vires, spiritum et vitam, et quidquid demùm mors abstulit acerba. Sanè amicus, aut amatus pars esse dicitur amantis dimidia. Sic Horatius lib. 1. Ode 3, amicum animæ suæ dimidium appellavit. Quod idem quoque dixit Augustinus lib. 4 Confes. cap. 6.

Optat igitur qui amat dimidium illud sibi adjungere, atque ideò in illius lubens hæret amplexu, et ori mortui suum identidem inhalat spiritum, et anhelatam animam, si quomodò possit etiam cum animæ suæ dispendio ad vitam excitare: quomodò paulò supra dicebamus Ambrosium fecisse super fratre Satyro, qui suum illi inspirabat anhelitum. Hæc videtur esse causa cur propheta extincto puero se magis infuderit, ut magis juxta parentum consuetudinem, dolorem suum, et amorem vehementius exprimeret, et eo nomine magis Deum ad commiserationem inflecteret, et quo præsentate puero, sibi quodam modo colligato excitaretur ad orandum ardentius.

Dicitur porrò incubuisse super filium puerum, ut ostendatur in excitando puero plurimum laborasse prophetam; neque oratio videtur esse brevis, aut ignava, cum præsentem haberet exanimem puerum, qui dolorem acueret, et optimè de se meritam matrem, quæ studium inflammaret obtinendi voti. Quare iterùm, atque iterùm orat, neque remissè aut languidè, atque ideò clamasse dicitur ad Dominum, quod indicat ferventissimæ orationis non leve pondus. Iterùm atque iterùm incumbit, ut seipsum magis ad orandum atque clamandum incitet, neque cessat ab eo studio contentio, neque clamor, donec in maternum complexum refert redivivum filium.

In Eliâ ad animandi cadaveris negotium intento imaginem video sacerdotis, qui de peccatoris vitâ ac salute satagit: ut enim Elias amplectitur mortuum, neque exanimem horret, cum tamen id maximè horreat natura mortalium, sic etiam sacerdos, cui ad vitam datum est excitandi mortuos negotium, horrere non debet peccatorem, qui verè mortuus est, quantumcumque aspectu sit tetro atque horrido, quantumcumque sanie fluat et labo,

quantumcumque foeteat, licet scateat verminibus, et ut alter Lazarus quatruiduanus intolerabilem foetorem exhalet; illum tamen amplecti debet iterùm, ac sæpius, et super illum lugubre aliquid sonare, clamare vehementer, rugire constanter, omnem adhibere contentionem et machinam, ut à sanie vindicet, ad vitam referat, ut ex tumulto, in quo deformis tabidusque jacebat, effodiat. Quòd si luctor cum hostem aggreditur, illum etiam amplectitur, ut non foveat molliter, blandiatur amanter, sed ut certans athleticè de statu dejiciat; sic etiam sacerdos amplectatur necesse est rebellem lumini et gratiæ peccatorem, cum illo pugnet, neque tandem aliquid sibi otii et quietis assumat, donec illum à sinu divellat, in quo lethalem contraxerat morbum, et animam egerat infelicem; quod perinde est atque è sepulcro extrahere, et ad auram revocare vitalem, quam spirando ducat.

Sunt qui putant id Eliam agere voluisse, dum incubabat super puerum, ut carnem foveat, et à suo calore calefaceret, quò ad animandum illud corpus exsangue et frigidum disponeret, sicut calore sensim disponuntur ligna, ut ignem concipiant. Quidquid sit de Eliæ in hæc incubatione consilio, non laboro, quia fortassè ab hæc cogitatione longè aberat Elias. Verùm libro 4 Regum, cap. 4, vers. 34, ubi quàm simillimum huic accidit miraculum, antequàm puer revivisceret, illius caro dicitur calefacta, quasi eo modo foret ad excipiendam animam aptè disposita. In re tamen morali, ad excitandum peccatorem à morte maximè curare debet sacerdos, ut per frigidum culparum glaciè peccatoris pectus devotionis calore confoveat, et ad gratiam, quæ animarum nostrarum vita est, eâ ratione disponat, si modò velit aliquem ex sacramento Pœnitentiæ fructum capere. Quam in rem tribus vicibus, id est, iterùm, sæpius incumbendum est: aliter enim pœnitentia non vivificabit exanimem, si adsit idonea ad vitia dispositio: ignis enim, nisi calidum lignum non accendit; ita pœnitentia, nisi prius animus calorem à devotione conceperit, non evocat ad vitam. Incumbunt prius ovis aviculæ, et suo calore confovent, neque aliter vivunt et excluduntur pulli: sic etiam incumbat sacerdos necesse est, si modò quem expectat, videre studet spiritum salutis. (1)

(1) VERS. 22. — ET REVERSA EST ANIMA PUERI INTRA EUM. *Reversa*, scilicet è limbo. Hinc patet animæ hominis immortalitas. Hic puer est primus ab origine mundi à morte ad vitam sus-

CAPUT XVIII.

1. Post dies multos factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens: Vade, et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.

2. Ivit ergo Elias, ut ostenderet se Achab. Erat autem fames vehemens in Samaria.

3. Vocavitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ. Abdias autem timebat Dominum valdè;

4. Nam cum interficeret Jezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, et abscondit eos quinquagenos et quinquagenos in speluncis, et pavit eos pane et aquâ.

5. Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad universos fontes aquarum et in cunctas valles, si fortè possimus invenire herbam, et salvare equos et mulos, et non penitus jumenta intereant.

6. Diviseruntque sibi regiones ut circumirent eas; Achab ibat per viam unam, et Abdias per viam alteram seorsum.

7. Cumque esset Abdias in viâ, Elias occurrit ei; qui cum cognovisset eum, cecidit super faciem suam, et ait: Num tu es, domine mi Elias?

8. Cui ille respondit: Ego. Vade, et dic domino tuo: Adest Elias.

9. Et ille: Quid peccavi, inquit, quoniam tradis me servum tuum in manu Achab ut interficiat me?

10. Vivit Dominus Deus tuus! quia non est gens aut regnum quò non miserit dominus meus te requirens; et, respondentibus cunctis: Non est hic, adjuravit regna singula et gentes, eò quòd minimè reperireris.

11. Et nunc tu dicis mihi: Vade, et dic domino tuo: Adest Elias.

12. Cumque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro; et ingressus nuntiabo Achab, et, non inveniens te, interficiet me: servus

citatus; nec enim alium eo priorem suscitatum legimus. Ita Cajetan. Denique cenaculum, sive locus in quo Elias hunc puerum à morte suscitavit, etiamnum ostenditur, ait Adrichom. in Sarephthâ. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XVIII.

1. Long-temps après, le Seigneur adressa sa parole à Elie, en la troisième année, disant: Allez, présentez-vous devant Achab, afin que je fasse tomber la pluie sur la terre d'une manière qui l'assure que c'est moi qui la donne et la retiens.

2. Elie s'en alla donc pour se présenter devant Achab. Cependant la famine était extrême dans Samarie.

3. Et Achab fit venir Abdias, intendant de sa maison. C'était un homme qui craignait fort le Seigneur;

4. Car, lorsque Jézabel tuait les prophètes du Seigneur, il en prit cent, qu'il cacha dans des cavernes, cinquante dans l'une, et cinquante dans l'autre, et il les nourrit de pain et d'eau.

5. Achab dit donc à Abdias: Allez par le pays à toutes les fontaines et à toutes les vallées, pour voir si nous pourrions trouver de l'herbe, afin de sauver les chevaux et les mulets, et que toutes les bêtes ne meurent pas.

6. Ils partagèrent donc le pays entre eux pour aller chercher de tous côtés: Achab allait par un chemin, et Abdias allait séparément par un autre.

7. Et lorsque Abdias était en chemin, Elie vint au-devant de lui. Abdias, l'ayant reconnu, se prosterna le visage contre terre, et lui dit: Est-ce vous, Elie, mon seigneur?

8. Il lui répondit: C'est moi. Allez, et dites à votre maître: Voici Elie.

9. Quel péché ai-je commis, dit Abdias, pour que vous me livriez, moi, votre serviteur, entre les mains d'Achab, afin qu'il me fasse mourir?

10. Vive le Seigneur, votre Dieu! il n'y a point de nation ni de royaume où mon seigneur n'ait envoyé vous chercher; et, tous lui disant que vous n'y étiez pas, et voyant qu'on ne vous trouvait point, il a conjuré les rois et les peuples de lui découvrir où vous étiez.

11. Et maintenant vous me dites: Allez, et dites à votre maître: Voici Elie.

12. Et après que je vous aurai quitté, l'Esprit du Seigneur vous transportera en quelque lieu qui me sera inconnu, et quand j'aurai averti Achab de votre arrivée, si après cela il ne vous trouve point, il me fera mourir; cependant votre serviteur ne mérite pas que vous

autem tuus timet Dominum ab infantia sua.

13. Numquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim cum interficeret Jezabel prophetas Domini, quod absconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos et quinquagenos in speluncis, et paverim eos pane et aqua?

14. Et nunc tu dicis: Vade, et dic domino tuo: Adest Elias, ut interficiat me!

15. Et dixit Elias: Vivit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto! quia hodie apparebo ei.

16. Abiit ergo Abdias in occursum Achab, et indicavit ei. Venitque Achab in occursum Eliæ.

17. Et cum vidisset eum, ait: Tunc es ille qui conturbas Israel?

18. Et ille ait: Non ego turbavi Israel, sed tu et domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, et secuti estis Baalim.

19. Verumtamen nunc mitte, et congrega ad me universum Israel in monte Carmeli, et prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Jezabel.

20. Misit Achab ad omnes filios Israel, et congregavit prophetas in monte Carmeli.

21. Accedens autem Elias ad omnem populum, ait: Usquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum.

22. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remansi propheta Domini solus; propheta autem Baal quadringenti et quinquaginta viri sunt.

23. Dentur nobis duo boves; et illi eligant sibi bovem unum, et, in frusta cadentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant; et ego faciam bovem alterum, et imponam super ligna, ignem autem non supponam.

24. Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei; et Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit

l'exposiez, puisqu'il craint le Seigneur depuis son enfance.

13. Ne vous a-t-on pas dit, à vous, mon seigneur, ce que je fis lorsque Jézabel tuait les prophètes du Seigneur? et que je cachai cent de ces prophètes dans des cavernes, en ayant mis cinquante d'un côté et cinquante d'un autre, et que je les nourris de pain et d'eau?

14. Et après cela vous me dites: Allez, et dites à votre maître: Voici Elie, afin qu'il me tue!

15. Elie lui dit: Vive le Seigneur des armées, en la présence duquel je suis! je me présenterai aujourd'hui devant Achab.

16. Abdias alla donc trouver Achab, et lui fit ce rapport. Et Achab vint à la rencontre d'Elie,

17. Et, le voyant, il lui dit: N'êtes-vous pas celui qui trouble Israël?

18. Elie lui répondit: Ce n'est pas moi qui ai trouble Israël, mais c'est vous-même et la maison de votre père, lorsque vous avez abandonné les commandements du Seigneur et que vous avez suivi Baal.

19. Néanmoins envoyez maintenant vers Israël; et faites assembler tout le peuple sur le mont Carmel, et les quatre cent cinquante prophètes de Baal, avec les quatre cents prophètes des grands-bois que Jézabel nourrit de sa table.

20. Achab envoya donc quérir tous les enfants d'Israël, et il assembla les prophètes de Baal sur la montagne de Carmel.

21. Elie, s'approchant de tout le peuple, lui dit: Jusqu'à quand boiterez-vous des deux côtés? Si le Seigneur est Dieu, suivez-le; et si Baal est Dieu, suivez-le. Le peuple ne lui répondit pas un mot.

22. Elie dit encore au peuple: Je suis demeuré tout seul d'entre les prophètes du Seigneur, au lieu que les prophètes de Baal sont au nombre de quatre cent cinquante.

23. Qu'on nous donne deux bœufs, qu'ils en choisissent un pour eux, et que, l'ayant coupé par morceaux, ils le mettent sur du bois sans mettre du feu par dessous; et moi je sacrifierai l'autre bœuf, et, le mettant aussi sur le bois, je ne mettrai pas non plus de feu au-dessous.

24. Invocuez le nom de vos dieux; et moi j'invoquerai le nom de mon Seigneur; et que le Dieu qui accordera le feu à nos prières, soit reconnu pour Dieu. Tout le peuple répondit: La proposition est très-juste.

Deus. Respondens omnis populus, ait: Optima propositio

25. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bovem unum, et facite primi, quia vos plures estis; et invocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis.

26. Qui cum tulissent bovem quem dederat eis, fecerunt; et invocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem, dicentes: Baal, exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet. Transiliebantque altare quod fecerant.

27. Cumque esset jam meridies, illudabat illis Elias dicens: Clamate voce majore (deus enim est, et forsitan loquitur, aut in diversorio est aut in itinere, aut certe dormit), ut excitetur.

28. Clamabant ergo voce magna, et incidabant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine.

29. Postquam autem transiit meridies, et, illis prophetantibus, venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes,

30. Dixit Elias omni populo: Venite ad me. Et, accedente ad se populo, curavit altare Domini quod destructum fuerat.

31. Et tulit duodecim lapides (juxta numerum tribuum filiorum Jacob, ad quem factus est sermo Domini, dicens: Israel erit nomen tuum);

32. Et edificavit de lapidibus altare in nomine Domini; fecitque aqueductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris.

33. Et composuit ligna; divisitque per membra bovem, et posuit super ligna;

34. Et ait: Impiète quatuor hydrias aqua, et fundite super holocaustum et super ligna. Rursumque dixit: Etiam secundò hoc facite. Qui cum fecissent secundò, ait: Etiam tertio idipsum facite. Feceruntque tertio;

35. Et currebant aqua circum altare, et fossa aqueductus repleta est.

36. Cumque jam tempus esset ut offerretur holocaustum, accedens Elias pro-

25. Elie dit donc aux prophètes de Baal: Choisissez un bœuf pour vous, et commencez les premiers, parce que vous êtes en plus grand nombre; et invoquez le nom de vos dieux, sans mettre le feu au bois.

26. Ayant donc pris le bœuf qui leur fut donné, ils offrirent leur sacrifice; et ils invoquaient le nom de Baal depuis le matin jusqu'à midi, en disant: Baal, exaucez nous. Mais Baal n'avait point de voix, et nul ne leur répondait. Cependant ils sautaient par-dessus l'autel qu'ils avaient fait.

27. Il était déjà midi, et Elie commença de se moquer d'eux, en leur disant: Criez plus haut, car votre Dieu Baal parle peut-être à quelqu'un, ou il est en chemin ou dans une hôtellerie; il dort peut-être, et il faut qu'on le réveille.

28. Ils se mirent donc à crier encore plus haut, et ils se faisaient des incisions, selon leur coutume, avec des couteaux et des lancettes, jusqu'à ce qu'ils fussent couverts de leur sang.

29. Midi était passé, et le temps était venu auquel on avait coutume d'offrir le sacrifice, et ils s'agitaient encore avec violence; leur dieu Baal était sourd, et il n'y avait personne qui répondit, ni qui parût entendre leurs prières.

30. Alors Elie dit à tout le peuple: Venez avec moi. Et, le peuple s'étant approché de lui, il rétablit l'autel du Seigneur qui avait été détruit.

31. Il prit douze pierres, selon le nombre des tribus des enfants de Jacob, auquel le Seigneur avait adressé sa parole, en lui disant: Israël sera votre nom.

32. Et il bâtit de ces pierres un autel au nom du Seigneur. Il fit une rigole, et comme deux petits sillons autour de l'autel;

33. Il prépara le bois, coupa le bœuf par morceaux et le mit sur le bois,

34. Et dit: Emplissez d'eau quatre cruches, et répandez-les sur l'holocauste et sur le bois. Il ajouta: Faites encore la même chose une seconde fois. Et, l'ayant fait une seconde fois, il leur dit: Faites encore la même chose pour la troisième fois. Et ils le firent pour la troisième fois.

35. En sorte que les eaux couraient autour de l'autel et que la rigole en était toute pleine.

36. Le temps étant venu d'offrir l'holocauste, le prophète Elie s'approcha, et dit:

pheta ait : Domine Deus Abraham et Isaac et Israel, ostende hodiè quia tu es Deus Israel, et ego servus tuus, et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.

37. Exaudi me, Domine, exaudi me, ut discat populus iste quia tu es Dominus Deus, et tu convertisti cor eorum iterum.

38. Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna, et lapides, pulverem quoque, et aquam quæ erat in æqueductu lambens.

39. Quod cum vidisset omnis populus cecidit in faciem suam, et ait : Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.

40. Dixitque Elias ad eos : Apprehendite prophetas Baal, et ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, et interfecit eos ibi.

41. Et ait Elias ad Achab : Ascende, comede, et bibe, quia sonus multæ pluvie est.

42. Ascendit Achab ut comederet et biberet; Elias autem ascendit in verticem Carmeli, et, pronus in terram, posuit faciem suam inter genua sua.

43. Et dixit ad puerum suum : Ascende et prospice contra mare. Qui cum ascendisset, et contemplatus esset, ait : Non est quidquam. Et rursùm ait illi : Revertere, septem vicibus.

44. In septimâ autem vice ecce nubecula, parva quasi vestigium hominis, ascendebat de mari. Qui ait : Ascende, et dic Achab : Junge currum tuum, et descende, ne occupet te pluvia.

45. Cumque se verteret huc atque illuc, ecce cœli contenebrati sunt, et nubes, et ventus, et facta est pluvia grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Jezrahel;

46. Et manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab donec veniret in Jezrahel.

VERS. 1. — POST DIES MULTOS FACTUM EST VERBUM DOMINI AD ELIAM, IN ANNO TERTIO. Quoto anno, vel mense, ex quo sibi in domo viduæ hospitium paraverat Elias, mandatum accepit, ut occurreret Achab, incertum est; tantum enim habemus post multos dies, et anno

Seigneur, Dieu d'Abraham, d'Isaac et d'Israël, faites voir aujourd'hui que vous êtes le Dieu d'Israël, et que je suis votre serviteur, et que c'est par votre ordre que j'ai fait toutes ces choses.

37. Exaucez-moi, Seigneur, exaucez-moi, afin que ce peuple apprenne que vous êtes le Seigneur Dieu, et que vous avez de nouveau converti leur cœur.

38. Et le feu du Seigneur tomba du ciel, et dévora l'holocauste, le bois et les pierres, la poussière même, et l'eau qui était dans la rigole.

39. Ce que tout le peuple ayant vu, il se prosterna le visage contre terre, et dit : C'est le Seigneur qui est Dieu, c'est le Seigneur qui est Dieu.

40. Alors Elie leur dit : Prenez les prophètes de Baal, et qu'il n'en échappe pas un seul. Et le peuple s'étant saisi d'eux, Elie les mena au torrent de Cison, où il les fit mourir.

41. Elie dit ensuite à Achab : Allez, mangez et buvez ce que vous avez en réserve, car j'entends le bruit d'une grande pluie.

42. Achab s'en alla pour manger et pour boire, et Elie monta sur le haut du Carmel, où se penchant en terre, il mit son visage entre ses genoux pour implorer avec ardeur le secours du Seigneur.

43. Et, plein de foi, il dit à son serviteur : Allez, et regardez du côté de la mer. Ce serviteur étant allé regarder, vint lui dire : Il n'y a rien. Elie lui dit encore : Retournez-y; et cela arriva sept fois.

44. Et la septième fois, il parut un petit nuage qui s'élevait de la mer, grand comme le pied d'un homme. Elie dit à son serviteur : Allez dire à Achab : Faites mettre les chevaux à votre char, et allez vite, de peur que la pluie ne vous surprenne.

45. Et lorsqu'il se tournait d'un côté et d'un autre, voilà le ciel couvert de ténèbres, des nuées, du vent, et il tomba une grande pluie. Achab, montant donc sur son char, s'en alla à Jezrahel.

46. En même temps la main du Seigneur fut sur Elie, et s'étant ceint les reins, celui-ci courait devant Achab, jusqu'à ce qu'il vint à Jezrahel.

COMMENTARIUM.

tertio hoc habuisse à Domino mandatum. Ex hoc loco quidam existimant famem durasse triennium, quod quidem, si Scripturæ consuetudinem aspicias, durum non est, quæ inceptos atque imperfectos annos interdum omittit, interdum pro perfectis numerat. Supra, c. 2,

v. 11. David regnasse dicitur septem annos in Hebron. Item lib. 1 Paralip. cap. 29, v. 25, et tamen lib. 1 Paralip. c. 3, vers. 4, septem annos et sex menses regnasse dicitur in Hebron; alibi omissos, hic expressos vides menses sex. Sic cum hoc loco tres annos tantum videatur defecisse pluvia et fames inducta, apud Lucam tamen c. 4, et Jacobi c. 5, durasse dicitur fames aut celestis rore caruisse terra annos tres, et menses sex. Nisi forte dicas quod nonnulli putant, tertio anno, ex quo Elias in Sarephthana viduæ venit hospitium, hoc à Domino habuisse præceptum quasi sex mensibus fuerit in torrente Carith, et annis tribus in Sarephtha Sidoniorum. Quod diximus videri difficile. Alii putant tres annos et sex menses negatam esse pluviam in Israel: exactis tamen sex mensibus cœpisse populum laborare fame, et à tertio anno ex quo grassari fames cœpit, Eliam occurrisse Achab. Utraque solutio non levibus laborat incommodis, multò magis videtur esse soluta, quæ primo loco à nobis posita est.

VERS. 1. — VADE, ET OSTENDE TE ACHAB, UT DEM PLUVIAM SUPER FACIEM TERRE (1). Posset

(1) Le Seigneur dit à Elie : Allez, présentez-vous devant Achab, afin que je fasse tomber la pluie. Les interprètes ont remarqué que cet ordre que Dieu donna à Elie, d'aller trouver le roi Achab, pouvait paraître un peu dur, puisqu'il l'envoyait vers un prince qui était son plus cruel ennemi, et qui cherchait à le faire prendre. Cependant l'obéissance de ce prophète n'en peut point être ébranlée, et il suffit que Dieu lui commande de faire une chose, pour qu'il l'exécute sans délibérer, sachant que celui par l'ordre duquel il agit est tout-puissant pour le protéger. Il est vrai que le sujet pour lequel Dieu ordonnait à Elie d'aller trouver le roi Achab, devait être agréable à ce prince, puisque c'était pour lui procurer et à tout son peuple ce qu'il désirait depuis si long-temps, c'est-à-dire, pour ouvrir le ciel qui était fermé, et faire descendre la pluie sur la terre toute brûlée par la sécheresse et par l'ardeur du soleil. Ce qu'il accordait, dit un interprète, non pas à ce prince, qui en était tout-à-fait indigne, mais au mérite de tant de justes qui ne fléchirent point le genou devant Baal.

Que si l'on demande d'où vient que Dieu obligeait Elie de se transporter vers Achab pour ce sujet, comme s'il n'avait pas pu répandre la rosée du ciel, sans que le prophète allât trouver cet impie, on peut répondre que, comme il avait fermé le ciel par la prière de son serviteur, il ne voulait point non plus l'ouvrir que par sa prière, et que l'ordre de sa providence demandait qu'Achab, qui se signalait par une si grande impiété, fût témoin lui-même et de la toute-puissance de celui qu'il déshonorait par sa conduite et de la vertu toute divine de la foi de son prophète. (Sacy.)

Deus, in scio atque etiam invito et renitente Eliâ, missis largè in terram sitientem irubribus exhilarare et reficere deficientes homines. Noluit tamen, nisi conscio ac penè consulto, et inspectantibus aliis, hoc ipsum à Deo impetrante, quò major illius esset apud omnes auctoritas, et talis existimaretur, qui posset, cum vellet, claudere et aperire cœlos, et peccatores homines aut inediâ conficere, aut ad satietatem usque alimentis explere, usque adeò Eliâ apud homines existimationi consultum esse voluit. Quare impertiri imbrem hominibus noluit, donec Elias appareret Achab, et illi contra omnium spem, cum cœlum adhuc ferreum appareret, pluviam promitteret, quo illo tempore nullum videbatur majus conferri posse beneficium; aut etiam id agebat Deus, ut omnes ab Eliâ impensius orante, et à Domino impetrante, et quasi extorquente pluviam, vel invito cognoscerent à Deo prius, cessante pluvia, inductam esse famem, et postea insperatò concessâ fuisse depulsam.

VERS. 2. — IVIT ERGO ELIAS UT OSTENDERET SE ACHAB. Prodit sese hic Eliâ obedientia mirabilis, qui cum sciret offensum in se graviter Achab, et id egisse sæpè ac diù, ut illum comprehenderet et occideret, cum ab eo putaret immisam esse famem, quæ tunc vehementissimè Samariam urgebat, et eam ob rem omnes Israeliticæ terræ sinus scrutatus fuerat, ut ab eo (ut dicemus statim) calamitatis publicæ pœnas exigeret; sed timores omnes superavit facile obsequentis animi invicta constantia, et exorbuat quicquid ab exulcerato regis animo in ipsius caput parari, aut excogitari potuit.

Hic Elias magnum illis documentum dedit, qui secessum sibi et solitudinem elegerunt, ut quietem relinquunt et orationis quietum otium, si quando proximorum salus nostrorum à nobis studium et operam requirat. Sic enim Deus illud probat ut istud præcipiat. Egebat populus, qui aureum vitulum supplex adorabat, Moysis præsentia; jubet Dominus, ut se relicto quamprimum ad populum descendat, Exod. 32, v. 7 : Vade, et descende, peccavit populus tuus. Notum est et celebre hominum memoriâ, quod de Phraate viro sanctissimo, et maximopere solitudinis amanti refert Theodoretus, in Historia lib. 4, c. 24. Cum enim quò se imperatoris Valentis consiliis opponeret, reique catholicæ ab impiis oppugnata subveniret, secessum deseruisset et solitudinem, eoque nomine reprehenderetur ab imperatore, quasi